



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

IN DEVTERONOMII

176

Esa. 2. Micheæ. 4. Quæ repetuntur ex lege Leuit. 26.
 Absq; pauore habitabitis in terra uestra, dabo pacem
 in finibus uestris, dormietis & non erit qui exterres-
 at &c. Sequitur, Oculus Iacob &c. Id est, illic habita-
 bit ubi uidebit omnia benedictione dei è cœlis abun-
 dare. Beatus tu Israël. Quis similis tui? non enim fecit
 taliter omni nationi, popule qui saluaris non gladio
 tuo, uiribus tuis aut iustitia sed per dominū qui est scu-
 tū protectionis tuae & gladius in quo gloriaris & su-
 perbis. Inimici tui negabūt te i.e. te maledictū populu
 uocabūt qui nō sis dignus uiuere inter homines. Heb. In
 mici tui deficient. Lyranus quoq; legit, Inimici tui me-
 tientur tibi. Tu autē sublimitatem eoru calcabis.

CAPVT XXXIII.

Cum accepisset Moïses sententiā mortis sue
 à domino benedixit, ut dictū est, & statim
 ascendit obediens dei uerbo, & mortuus est
 in domino, et dux populi factus est Iosue.
 Vidisti.] Lex uidet quae eundū & ostendit, sed non
 perducit &c. Mortuus] scilicet in terra Modab in
 loco ubi descripsérat Deuteronomium supra ca. 3.

Et non cognouit &c. Ne scilicet populus re-
 liquijs abuteretur illius per quæ tanta beneficia acce-
 pisset. Stulti enim in opera sanctorū respiciunt oblio-
 eo qui talia per eos fecit. Diabolus uero qui semp ad-
 uersatur

ueratur deo et sub specie pietatis inducit idololatrei
am qua hodie mūdus est plenus, uoluit indicare cor=
pus Moysi, ut indicatur i epistola Petri et Iudee ex qua
nescio historia, sed Michaēl ei restitit, et iudicium dei cō
tra eū inuocauit. Voluit enim diabolus in eo loco eri-
gere indulgentias, ut hodie uocant, et nouū cultum
dei quē deus non mandasset, et quē posteriores pro=
phetæ sine nota impietatis et iniuria in sanctissimum
Moisen damnare non potuissent. Hic certe regnasset
diabolus. Quin et nos permittimus ossa sanctorum in
terra quiescere, ut patriarchæ sancti fecerunt? cur nō
relictis alijs sequimur id quod deus nobis mandauit,
Euangelium prædicare et audire iussit, non ossa mor-
tuorum adorare, siue uenerari &c.

Non caligauit. Significat neq; senio neq; mor=

bo Moisen defecisse, licet senex fuerit, sed sola dei uo-
luntate posuisse animam. Fleuerunt. q doles
mus pro amico charitas est, q non cessamus infidelitas
est. Nolite, ait Paulus, contristari de dormientibus, sicut
gentes quæ spem non habent resurrectionis. Verum q
aliquot diebus lugebant apud illos, sicut de Iuda, de
Abraham, de Israëlitis post mortem Ioseph, post mor-
tem Iacob, legis &c. obseruatio fuit humana in quibus
designis externis, in uestitu, in cibis &c. in abstinentia
leticie externe &c. quibus testificabantur cæteris q
chari fuissent defuncti. Nihil hic agebatur cū deo, que

M

admodū nostri tentant &c. Vide Leuit. 21. & 10.

Repletus. Non hoc efficiunt impositiones manus nostrorum episcoporum, quia deus elegerat Iosue, & mandauerat Moysi ut sufficeretur dux populi. Impositione tamē manū seruata est ab apostolis nō ut necessaria res, alioqui cur etiā Christus nō imposuit apostolis manum? sed ut hoc externo signo corā ecclesia, id est, populo in ciuitate, cui prædicaturus erat cui imponebantur manus, declararetur hunc esse dignū ex spiritu doctrinam verbi ministrum. Prædicatoribus imponebat manus, nō missarijs. Sed hæc alias in Paulo.

Et non surr.] De hoc loco supra ca. 18.



IOANNES B V GENHAGIUS Lectori.



Amuelem prophetā, id est, duos libros regum, quibusdam auditoribus interpretari sumus. In historijs tractādis nō possumus melius. Forte quibusdam ad meliora dedimus occasionem. Atq; hec nostra nūc emittimus in publicū, ut uideas longe sanctiora spectanda in sacris historijs quæ hactenus spectarūt qui in historias scripserūt.